

**Proseminar FS13
Prof. Dr. U. Eigler
Vergil, Eklogen
Vorbereitung 1. Sitzung (19.02.13)**



Cod. Vat. lat. 3867 fol. 1

Text 1: Verg. *eclog.* 1, 1–10 (ed. Mynors 1969 (OCT))

Meliboeus Tityrus

- | | | |
|-----------|--|------------------------|
| <i>M.</i> | TITYRE, tu patulae recubans sub tegmine fagi
siluestrem tenui Musam meditaris auena;
nos patriae finis et dulcia linquimus arua.
nos patriam fugimus; tu, Tityre, lentus in umbra
formosam resonare doces Amaryllida siluas. | 1

5 |
| <i>T.</i> | O Meliboee, deus nobis haec otia fecit.
namque erit ille mihi semper deus, illius aram | |

saepe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
ille meas errare boues, ut cernis, et ipsum
ludere quae uellem calamo permisit agresti.

10

i 1-24 PR 2 siluestrem] agrestem (E. vi 8) Quint. ix 4. 85
12 turbatur Quint. i 4. 28, Cons. 372.35, 'uera lectio' iudice Seru.:
turbamur PRw, agnoscit Seru.

Text 2: (Übersetzung: Karl Bayer, Darmstadt 1995)

Der Vergil-Kommentator und Lehrer des Hieronymus, Donat, äussert sich zur Reihenfolge der zehn Eklogen in der sog. Expositio Donati (69):

69 Quod ad 'ordinem' spectat, illud scire debemus: in prima tantum et in ultima ecloga poetam voluisse ordinem reservare, quando in altera principium constituerit, ut in Georgicis ait:

'Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi',

in altera ostenderit finem, quippe cum dicat:

'Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem.'

Verum inter ipsas eclogas naturalem consertumque ordinem nullum esse certissimum est. Sed sunt qui dicant initium bucolici carminis non 'Tityre' esse, sed:

'Prima Syracusio dignata est ludere versu'.

316 *Ecl. 4. 6. 10*
332 *Georg. 4, 566*
334 *Ecl. 10, 1*
338 *Ecl. 6, 1*

Was die „Reihenfolge“ angeht, so müssen wir das eine wissen, daß der Dichter nur in der ersten und der letzten Ekloge die Reihenfolge hat beibehalten wollen, da er ja in der einen den Beginn festgesetzt hat, wie er in den Georgika sagt:

„Tityrus, dich pries ich unterm Dach breitästiger Buche“,

in der anderen das Ende deutlich gezeigt hat; denn er sagt doch:

„Diesen letzten Gesang, Arethusa, laß mich vollenden!“

Daß aber unter den Eklogen selbst keine natürliche, festgefügte Reihenfolge besteht, ist ganz sicher. Aber einige (Erklärer) behaupten, der Anfang des bukolischen Werkes sei nicht „Tityrus“, sondern:

„Unsere Muse zuerst hielt wert syrakusischen Verses tändelndes Spiel“.